



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum
dierum Quadragesimæ

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

53. Considerando Passionem Christi secundum Evangelistas historice
enarratam, & secundum Prophetas propheticè prænuntiatam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

pitus, virtus suum in progeniem descendentem traduentis: alia verò peccata sui transfusivâ malignantate sint destituta.

MODUS LIII.

Quinquagesimus tertius modus meditandi Dominicam Passionem esse potest, conferendo omnes vel plerosque Passionis Dominicæ articulos ordine historico ab Evangelistis descriptos, cum Prophetiis veteris Testamenti, in quibus exactè sunt à Sacris vatibus prænuntiati. Est istiusmodi collatio apud Sanctos Patres non infrequens, saltem partialiter usurpata: quâ ex occasione Sanctus Hieronymus Isaiam Prophetam vocat Evangelistam veteris testamenti. Et Sanctus Augustinus etiam alicubi tractans locum Isaiæ, quo Christi Passio, non minùs graphice quàm ab ipsis Evangelistis enarratur, non dubitat exclamare [*Evangelium, est an Prophetia?*] Quæ exclamatio posset fieri & de S. Job dictis, & de Davidicis quibusdam Psalmis, & de Jeremiæ Prophetæ non paucis sententiis, immo capitibus. Sanè in solis Threnorum ejus quatuor capitibus, invenire est totam Passionis Dominicæ historiam, quemadmodum subjectum Paradigma, satis, ni fallor, commodè rem ostendet.

Passio

5: Dru
Bick
ver: w
Tomus III
N: V
58

Passio Domini nostri Jesu Christi.

Secundum Evangelistas.

Egressus est JESUS cum discipulis suis.
Tristis est Anima mea, usque ad mortem.

Procidit in faciem suam, & orabat, ut si fieri
posset, transfiret ab eo hora.

Vigilate, & orate, ut non intretis in tenta-
tionem.

Ecce ludas, & cum eo turba multa &c.

Ut dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum &
cecidierunt in terram.

Tunc acceperunt, & injecerunt manus in
JESUM.

Tunc discipuli ejus relicto eo fugerunt
omnes.

Unus assistens ministrorum, dedit alapam JESU
Sum

Passio Domini nostri Jesu Christi.

Secundum Hieremiam Prophetam in Threnis.

- Et egressus est à filia Sion, omnis decor ejus. c. 16.
 Multi sunt gemitus mei & cor meum mœrens. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. c. 1. 22.
c. 3. 20.
 Ponet in pulvere os suum, si fortè sit spes. c. 3. 29.
 Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum: effunde, sicut aquam cor tuum: ante conspectum Domini. c. 2. 18.
 Levemus corda nostra cum manibus, ad Dominum in cælos. c. 3. 28.
 Velociores fuerunt persecutores nostri aquilæ cæli, super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis. c. 4. 19.
 Ursus insidians factus est mihi; leo in absconditis. c. 3. 10.
 Lubricaverunt vestigia nostra in itinere. c. 4. 18.
 Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris. c. 4. 20.
 Infirmata est virtus mea, dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere. c. 1. 14.
 Venatione ceperunt me quasi avem, inimici mei gratis. c. 3. 14.
 Abstulit omnes Magnificos meos Dominus, de medio mei. c. 1. 14.
 Longè factus à me consolator, convertens animam meam: facti sunt filii mei perdit, quia invaluit inimicus. c. 10.
 Quomodo dispersi sunt lapides sanctuarii. c. 4. 1.
 Dabit percipienti se maxillam. c. 3. 30.
 V. P. Druzb. Op. VIII. U Ut

j: Druzb.
 Bick
 ver: asce
 Tomus III
 N: V
 58

Passio Domini nostri Jesu Christi.

Secundum Evangelistas.

Summus Sacerdos ait illi. Adjuro te per Deum vivum.

Ego sum, & videbitis filium hominis venientem in nubibus, &c.

Reus est mortis: tunc expuerunt in faciem ejus, &c. & alia multa blasphemantes dicebant in eum.

Et ut factus est dies, convenerunt seniores, &c.

JESUS autem stetit ante Præsidentem. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo.

Persuaserunt plebi, ut magis peterent Barabam. JESUM verò perderent.

Tunc apprehendit Pilatus JESUM & flagellavit.

Passio Domini nostri Jesu Christi.

Secundum Hieremiam.

Ut declinaret iudicium viri : in conspectu vultus Altissimi. Ut perverteret hominem in iudicio suo. Dominus ignoravit. *c. 3. 35.*

Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio & contritio. *c. 3. 47.*

Dabit percutienti se maxillam : saturabitur opprobriis. *c. 3. 30.*

Et fregit ad numerum dentes meos. *Ibid. 16.*

Vidisti Domine iniquitatem illorum adversum me, iudica iudicium meum. Vidisti furorem omnem, universas cogitationes eorum adversum me. Audisti opprobrium eorum. Ego sum psalmus eorum. *c. 3. 59.*

Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum adversum me tota die : sessionem eorum & resurrectionem eorum vide. *Ibid. 62.*

Non crediderunt Reges terra. *c. 3. 62.*

Filii Sion inclity, amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum figuli. *c. 4. 2.*

Repulsa est anima mea : oblitus sum bonorum. *c. 3. 17.*

Qui nutriebantur in croceis, amplexata sunt stercora. *c. 4. 5.*

Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus. *c. 3. 1.*

Tantum in me vertit & convertit manum suam tota die. Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam, contrivit ossa mea. *ibid. 3.*

Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum. *ibid. 12.*

Handwritten notes on the right page, including "Dicitur", "Bicki", "per: asce", "TOMUS III", "N: V", and "58".

Passio Domini nostri Jesu Christi.
Secundum Evangelistas.

Plectentes coronam de spinis, imposuerunt
capiti ejus.

Ecce Homo.

Tolle, tolle: Crucifige.

Non habemus Regem, nisi Cæsarem.

Tradidit Jesum voluntati eorum.

Exivit Jesus bajulans sibi crucem.

Passio Domini nostri Jesu Christi.

Secundum Hieremiam.

num ad sagittam. Misit in renibus meis filias pharætra suæ.

Et dissipavit quasi hortum tentorium suum, c. 2. 6.
demolitus est tabernaculum suum.

Præcipitavit omnia mœnia ejus, dissipavit ibid. 5.
munitiones ejus, & replevit in filia Juda humiliatum, & humiliatam.

Manum suam misit hostis, ad omnia desiderabilia ejus. c. 1. 10.

Tradidit Dominus in opprobrium & indignationem furoris sui, Regem & Sacerdotem. c. 2. 6.

Quomodo obscuratum est aurum? muratus c. 4. 1.
est color optimus?

Hæc cinè est urbs perfecti decoris, gaudium c. 2. 15.
universæ terræ?

O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. c. 1. 12.

Aperuerunt super te os suum inimici tui, sibilaverunt & frenduerunt dentibus. c. 2. 16.

Regem ejus, & Principes in gentibus, perdidit & contrivit. c. 2. 9.

Non est lex, & Prophetæ ejus, non invenerunt visionem à Domino.

Fecit Dominus quæ cogitavit, complevit sermonem suum, quem præceperat à diebus antiquis: destruxit & non pepercit, & lætificavit super te inimicum: & exaltavit cornu hostium tuorum. c. 2. 17.

Vigilavit jugum iniquitatum mearum: in manu ejus involutæ sunt, & impositæ collo meo. c. 1. 14.

Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua. c. 3. 27.

U 3

Et

Handwritten notes on the right page:
 j: Dru
 Bick
 per: asce
 Tomus III
 N: V
 5 8

Passio Domini nostri Jesu Christi.
 Secundum Evangelistas.

Et dederunt ei bibere vinum myrrhatum cum felle mistum.

Filiæ Jerusalem nolite flere super me, sed super vos, & super filios vestros flete: quia venturæ sunt dies, &c.

Et crucifixerunt eum.

Prætereuntes autem blasphemabant eum: moventes capita sua: dicentes. Vah qui destruxisti templum Dei.

Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?

Sine, videamus, an veniat Elias, ad deponendum eum.

Nos quidem justè: nam digna factis recipimus.

Stabat

Passio Domini nostri Jesu Christi.

Secundum Hieremiam.

Et circumdedit me felle & labore.

c. 3. 5.

Replevit me amaritudinibus, implevit me absynthio.

Ibid. 15.

Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthii & fellis.

Ibid. 19.

Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame: quoniam illi extabuerunt consumpti à sterilitate terræ.

c. 4. 9.

Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos.

Ibid. 10.

Ergone comedent mulieres fructum suum, parvulos ad mensuram palmæ?

c. 2. 20.

Circumædificavit adversum me, ut non egrediar: aggravavit compedem meum.

c. 3. 7.

Eradicationem & abjectionem posuisti me in medio populorum.

Ibid. 45.

Expandit Sion manus suas: non est qui consoletur.

c. 1. 17.

Plauserunt super te manus omnes transeuntes per viam, sibilaverunt, & moverunt caput suum.

c. 2. 15.

Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui, sibilaverunt & fremuerunt dentibus, & dixerunt. Devorabimus. En ista est dies, quam expectabamus, invenimus, vidimus.

Ibid. 16.

Dabis eis scutum cordis: laborem tuum.

c. 3. 65.

Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.

c. 3. 44.

Idcirco tu inexorabilis es.

Ibid. 42.

Audierunt quia ingemisco ego: & non est qui consoletur me.

c. 1. 21.

Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis suis? scrutemur vias nostras, & quæramus

c. 3. 39.

U 4 mus

y: Dru
 Bicki
 per: asce
 Tomus III
 N: V
 58

Passio Domini nostri Jesu Christi.
Secundum Evangelistas.

Stabat autem juxta Crucem Mater ejus.

Sitio.

Consummatum est.

Tenebrae factae sunt, per totam terram.

In manus tuas commendo Spiritum meum.

Inclinato capite, tradidit Spiritum,

Et ecce velum templi scissum est.

Terra mota est.

Posuit eum in monumento & advolvit lapidem ad ostium monumenti.

Passio Domini nostri Iesu Christi.

Secundum Hieremiam.

mus & revertamur ad Dominum. Levemus cor-
da nostra cum manibus ad Dominum in caelos.
Nos inique egimus, & ad injuriam provocavi-
mus.

Cui comparabo te? vel cui assimilabo te, fi-
lia Hierusalem? cui exæquabo te, & consolabor
te, virgo filia Sion: Magna est velut mare con-
tritio tua: quis medebitur tui.

O vos omnes, qui transitis per viam, atten-
dite & videre si est dolor sicut dolor meus!
quoniam vindemiavit me, ut locutus est in die
furoris sui.

Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in-
fiti.

Fecit Dominus quæ cogitavit, & complevit
sermonem suum, quem præceperat à diebus an-
tiquis.

Me minavit & adduxit in tenebras, & non
in lucem.

In tenebris collocavit me: quasi mortu-
os sempiternos.

Invocavi nomen tuum Domine, de lacu
novissimo.

Occidit omne, quod pulchrum erat visu in
tabernaculo filia Sion.

Repulit Dominus altare suum, maledixit
sanctificationi suæ.

Peccatum peccavit Hierusalem, propterea
instabilis facta est.

Lapsa est in lacum vita mea: & posuerunt
lapidem super me.

U s

Hunc

3: Drex
Bicki
ver: asce
Tomus II
N: V
58

Hunc in modum totam Christi Passionem invenire est apud Hieremiam Prophetam, vel in solis quatuor capitibus Threnorum ejus; hunc in modum verbis historiae Evangelicae Hieremias dat admirabilem interpretationem atque lucem: vicissimque eandem ab Historia Evangelica recipit.

Hunc in modum ex omnibus Sacrae paginae veteris testamenti textibus, conflare potest uberrima Historia Passionis Christi Domini, non solum praedictio, verum etiam explanatio, & elucidatio: & meditationum affectuumque devotissimorum uberrima farrago. Cujus rei specimen aliquod dedisse satis est; nam id pluribus agere, praesentis instituti non est.

MODUS LIV.

Quinquagesimus quartus meditandi Passionem Domini nostri, modus esse potest, per comparisonem gratia. Potest quis per totam Hieremiam Dominicae Passionis pergendo experire quas & quantas glorias pro singulis doloribus & injuriis nunc in Caelo habeat. Quae in sensum cadit illa Sancti Job sententia. *Capitulum*

Job. 36. 17.

tua quasi impii judicata est: causam & judicium recipies. Expressius porro id ipsum loquitur

Isa. 53. 10.

est Isaias. Si posuerit pro peccato animam suam, videbitur